



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Tyrocinium Artis Oratoriæ Sacræ Et Profanæ**

**Moine, Joseph**

**Solodori, 1714**

Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68834)



## Ad Lectorem.

**M**iraberis, amice Lector, operæ  
pretium mihi videri potuisse, in  
hoc argumento tractando calamum oc-  
cupare, postquam tot numero libri jam  
in eodem præclarè versati sunt. Num  
sperabam, me novi aliquid allaturum?  
An aliqua circa hanc Artem antiquissi-  
mam nova proferam, Lectori judican-  
dum relinquo; multò meliora edita  
fuisse ab aliis judico, & fateor. Neque  
ista scribenda suscepi, tanquam usûs  
publici aliquando futura, sed ut brevi  
compendio discipulis, ita cupientibus,  
legenda serò tandem porrigerem, quæ  
iisdem prolixius in explicanda Rhetori-  
ca pluribus annis exposui, ut olim ad  
publicè dicendi munus adhibendi re-  
vocare in animum opportunè possent,  
quæ fortassis altiora studia tractantibus  
exciderunt. Sed cùm hac occasione ad  
aliorum quoque manus iste libellus  
pervenisset, à pluribus expetitus est. Re-  
ctène, an secus, ii viderint, qui postu-  
lârunt. Id solùm mihi vitio verti po-  
test, quòd rem tenuem vel sic aliis  
tradi.

Ad Lectorem.

tradiderim. Si qua meis similia apud alios invenies, meminisse placeat, quòd præcepta scribam, quæ & alii ab antiquioribus hauserunt. Cur erubescerem aliqua ex illis mutuari, ex quibus didici? Minimè tamen aliena tantùm me corrasisse deprehendes; quod ne facerem, aliquoties libros, magis cuique obvios, allego, iis præsertim in rebus, quas ex scholis satis notas existimavi. Alicubi Latium desiderabis: ego verò malui verba carpi, quàm rem à non paucis minùs intelligi. Plura non addo, tantum de tua benevolentia confisus, ut ignorantiam aliòsque defectus meos abunde tua humanitate supplendos crediderim.



IN-